

ma delectari, alio Psalmo repetitur, 108. c. 13. Nec aliud sibi vult cum dicit, Vanum est vobis ante lucē surgere, quā Extra Deum nihil esse prosperi, Psal. 127. a. 2. Eadem ratione dicitur Thren. 4. c. 17, Defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum.

2. Samu. 7. a. 7.

Artic. 6.

Annotatio, Nihil vult Deus agi sine suo verbo. Bibliis 1532. 1540 1546.

Censura, Hæc propositio est hæretica.

Cum Paulus docet esse peccatum, quicquid fit sine fide, Rom. 14. d. 23. fidei nomine certitudinē designat, quæ nõ alibi, quā in Dei verbo fundata est. Ergo suscipere, vel aggredi quicquam sine Dei mandato, non magis Deo probatur, quā si pro sua libidine seruus hoc vel illud temerè in gratiam domini tēaret. Adde quòd de cultu Dei illic agitur, vbi valere debet regula Quòd obedientia potior sit quā omnes victimæ, 1. Samuel. 15. e. 22. Ideo per Ieremiam, 7. e. 22. ait Dominus, Cū patres vestros educerē ex Aegypto, non præcepi de victimis: sed vt audiendo audirent vocem meam. Huc pertinet, quòd sacrificia absque sale offerri vetuit,

d. ii.